



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

74 Excommunicationis sententiam incurront facientes, ordinantes, &
publicantes statuta, & alia directè vel indirectè contra libertatem
ecclesiasticam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

de concessis excommunicationi, in terminis Neviz. in sylu. nupt. de lit. monit. libr. 3. num. 59. facit text. in l. quæ religiosis, ff. de rei vendi Graff. d. cap. 18. num. 125. & Azot. ubi sub. vers. causa quasi.

73. An autem excommunicatio legitimè, vel nè sit promulgata, aut publicata, ad jūd cem ecclesiasticum cognitio spectat. Cone. Trid. cap. 3. §. nefas autem, sess. 25. de reform.

73. Decimoquinto in eandem excommunicationem incident judges seculares, qui 75 personas ecclesiasticas ad sua tribunalia, præter juris canonici dispositionem, trahunt, vel quomodolibet faciunt, unde libertas ecclesiastica tollatur, seu in aliquo iudicatur, vel deprimatur, aut alias quovis modo restringatur; sive Sedis Apostolice, sive quarumcunque ecclesiarum iuribus, quomodolibet, directè, vel indirectè, tacite vel expressè præjudicetur. Sayr. eod. 74 lib. 3. c. 19. n. 1. In hanc autem excommunicationem incident facientes, ordinantes, publicantes statuta, ordinationes, constitutiones pragmaticas, & alia quævis decretis in genere, vel in specie, quibus libertas ecclesiastica tollitur, aut in aliquo iudicatur, vel deprimitur, aut restringitur; vel 76 Apostolicae Sedis, aut quarumcunq; eccliarum directè, vel indirectè, iuribus præjudicatur. Et, qui dictis statutis, & decretis factis, & ordinatis contra prædictam libertatem ecclesiarum iuntur, ut per Sayr. ubi supra num. 3. Et non solum judges seculares dicta excommunicatione ligantur, sed etiam Prælati ecclesiastici, qui 77 instituuntur à Regibus, & Principibus ad causas hujusmodi: ut quando instituuntur Proreges, & Gubernatores Regni, vel Provinciarum, si ad forum laicale personas ec-

clesiasticas trahunt, ut in ead. Bull. Cœn. Domini, n. 14. & idem Sayr. ubi sup. nu. 4. Quinimò, animadvertere debent quoque Episcopi, aliisque ecclesiarum Prælati, & sacerdotes, qui Regibus, & aliis Principibus in violanda ecclesiastica libertate consentiunt, sibi imminere etiam alias accer- rimas penas, ut inquit. Maiol. de admir. natu. reb. colloq. 1. pag. 54. post. med. & concil. Trident. cap. 11. de reform. sess. 22.

Excluduntur tamen per illa verba, præter juris canonici dispositionem, ab hac censura, qui laica potestate personas ecclesiasticas in easibus à jure permisss, ad sua tribunalia trahunt, & plures sunt casus à jure permisss.

Primo enim in causa feudali, quando persona ecclesiastica fuit investita de feudo à domino seculari; quia tunc in causa feudi potest clericus per laicum trahi ad forum seculare, cap. ex transmissa, & cap. verum, & ibi Abb. num. 17. de for. comp. ecclasticae enim personæ pro feudo, quod tenent à secularibus, illis juramentum fidelitatis præstare tenentur, ut c. vnic. §. verum, de stat. reg. in 6.

Sed pro feudis, quæ sunt de mensa eccliarum Episcopi, & alii Prælati, Papæ fidelitatis juramentum, de non alienando præstare debent, ut in cap. 2. de feudo cum supra in cap. 10. deducit: & alii inferiores in manibus Episcoporum, aut aliorum Prælatorum, & coram illis causas agere, ut in eod. c. vnic. §. Episcopū autem.

Secundò in causa reconventionis, quia clericus agens contra laicum coram judge seculari, potest ibi reconveniri, in causis tamen civilibus tantum, licet, & hæc opinio apud me non careat difficultate ex-

S S S alle-